
BOLETIN OFICIAL

DEL


OBISPADO DE OSMA.

Sumario de este número.—Anuncio de la Santa Pastoral Visita.—Edicto convocando á concurso general de Curatos.—Encíclica de Su Santidad León XIII acerca de la Sagrada Eucaristía (continuación).—Casos para las Conferencias morales del mes de Septiembre.—Aviso de la Secretaría de Estudios del Seminario referente al próximo curso de 1902 á 1903.—Sócio del Congreso Católico de Santiago.—Necrología.

SANTA PASTORAL VISITA.

À fines del presente mes saldrá S. Sria. Ilma. y Rvma. para el Monasterio de Santo Domingo de Silos, con objeto de ordenar á varios Religiosos del mismo. Desde allí se trasladará á Soria, teniendo determinado practicar la Santa Pastoral Visita en dicha Ciudad y su Arciprestazgo y en los de Almarza y Derroñadas.

Durante la ausencia del Ilmo. y Rvmo. Prelado quedará encargado del Gobierno de la Diócesis el M. I. Sr. Deán de la Santa Iglesia Catedral.



OBISPADO DE OSMA.

EDICTO CONVOCANDO Á CONCURSO GENERAL

PARA LA

PROVISIÓN DE CURATOS.

NOS EL DR. D. JOSÉ MARÍA GARCÍA ESCUDERO Y UBAGO,
por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica Obispo de Osma, Camarero secreto de Su Santidad, Señor de las Villas de El Burgo, Uce-ro y las dos Quintanas-Rubias, etc., etc.

HACEMOS SABER: Que, hallándose vacantes en este nuestro Obispado los curatos que, con su clasificación y dotación según el arreglo parroquial aprobado por Real Decreto de 13 de Octubre del año 1895, se expresan al final del presente Edicto, y debiendo proveerse conforme á lo dispuesto por el Santo Concilio de Trento, último Concordato y demás disposiciones vigentes, hemos resuelto abrir y por el presente abrimos **Concurso general** para la provisión de los mencionados curatos, como asimismo de las resultas y demás que vacaren hasta que elevemos á S. M. las últimas propuestas en terna, excepción hecha de aquellos cuya provisión estimáramos conveniente diferir.

En su virtud, citamos, llamamos y convocamos á todos los que, revestidos de las cualidades de derecho y siendo naturales de España y de sus dominios, quieran mostrarse opositores, para que, con término de **sesenta días**, contados desde la fecha de este Edicto y que finirán el 12 de Octubre próximo, comparezcan en nuestra Secretaría de Cámara y Gobierno,

de diez á doce de la mañana en los días no festivos á firmar por sí mismos ó por apoderado, presentando la correspondiente solicitud con expresión de su actual residencia y ocupación ó cargo y acompañando á ella la fé de Bautismo, título de prima clerical Tonsura ó de la última Orden recibida, certificaciones de estudios, de asistencia á las conferencias, de méritos y servicios, títulos de grados académicos los que los tuvieren, licencias ministeriales, y los clérigos de agena Diócesis licencia y letras testimoniales de sus respectivos Prelados, y, siendo Regulares, dispensa de la Santa Sede. No se considerará como presentada solicitud alguna, que no se halle en debida forma y no venga acompañada de los documentos necesarios.

Los ejercicios de oposición tendrán lugar en los días 22 y 23 de Octubre según el tenor y forma de lo dispuesto por los Romanos Pontífices, singularmente por la Santidad de Benedicto XIV en su constitución *Cum illud semper*, 14 de Diciembre de 1742, y consistirán: el del primer día en contestar por escrito, en el término de cuatro horas, á las cuestiones de Teología Dogmática y Moral que se designarán y además resolver un caso práctico de conciencia, y los del segundo en traducir al castellano un punto latino del Catecismo de S. Pio V. y componer una homilia ó plática sobre el texto de los Santos Evangelios que se les señale, todo en el mismo término de tiempo que en el día anterior.

El día 21 del citado Octubre á las cuatro de la tarde, todos los admitidos á la oposición deberán

comparecer en el Seminario Conciliar para recibir las instrucciones que tengamos á bien comunicarles respecto del modo y forma en que han de ser entregados los escritos, así como de todo cuanto conduzca al buen orden y resultado del concurso. En el local de los ejercicios queda severamente prohibida, bajo pena de pérdida del concurso, toda comunicación entre los opositores, lo mismo que el uso de libros, folletos, memorias ó manuscritos.


Examinados y clasificados los ejercicios por los señores Examinadores Pro-Sinodales y cumplidas todas las demás formalidades de derecho, teniendo en cuenta no solamente la censura literaria, sino también la virtud, celo, prudencia, méritos y demás cualidades morales de los opositores, procederemos á la formación de ternas, proponiendo á S. M. ó á quien corresponda, los sugetos que según nuestra conciencia juzguemos que deben ser nombrados para las respectivas Parroquias.

Por último deberán tener presente los opositores, que fuesen agraciados, la obligación de quedar sujetos á las disposiciones que se dictaron al publicar el Arreglo parroquial con la Real cédula auxiliaria, y á las que Nos ó Nuestros sucesores dictaremos en adelante sobre cualquier modificación que hiciéremos según el tenor y forma de las facultades que Nos concede la susodicha Real cédula auxiliaria.

Y para que llegue á noticia de todos aquellos á quienes pudiera interesar, mandamos publicar el presente Edicto, firmado por Nós, sellado con el

mayor de Nuestras armas y refrendado por nuestro Vice-Secretario de Cámara y Gobierno en el Burgo de Osma á catorce de Agosto de mil novecientos dos.

† JOSÉ MARÍA, *Obispo de Osma.*



Por mandado de S. Sria. Ilma. y Rvma.,
el Obispo, mi Señor,

| DR. ANTONIO GARCÍA ESCUDERO,
Canónigo Vice-Secretario.

EDICTO convocando á Concurso general para la provisión de curatos vacantes en el Obispado de Osma, con término de *sesenta días*, que espirará en 12 de Octubre próximo.



CURATOS VACANTES.

DE TÉRMINO.	DOTACIÓN personal.
	<i>Pesetas.</i>
Gumiel de Mercado.....	1.750
DE ASCENSO.	
Zazuar.....	1.425
Borobia.....	1.425
San Leonardo.....	1.425
DE ENTRADA.	
Adrada.....	1.200
Aldehorno.....	1.200
Fuentelisendo.....	1.200
Navaleno.....	1.200
Valdeande.....	1.200
Pedrajas y Oteruelos.....	1.200
Sotillo del Rincón.....	1.200
Guzmán.....	1.200
Villanueva de Gumiel.....	1.200
Berzosa.....	1.200
Morcuera.....	1.200
Peñalba de San Esteban.....	1.200
Fuentearmejl y Santervás.....	1.200
Quintana Redonda.....	1.200
Villaciervos de Arriba.....	1.200
Narros.....	1.000
Suellacabras.....	1.000
Cubo de la Sierra y Segoviela.....	1.000
Rollamienta.....	1.000
Andaluz.....	1.000
Torreandaluz.....	1.000
Valderrueda.....	1.000
Aza.....	1.000
Villaverde de Cidones.....	1.000
Aldeanueva de la Serrezuela.....	1.000
Molinos de Duero.....	1.000
Calatañazor.....	1.000
Arandilla y Valverde.....	1.000

DE ENTRADA.

DOTACIÓN
personal.

Pesetas.

Tejado.....	1.000
Villanueva de Gormaz.....	1.000
Oquillas.....	1.000
Doñasantos.....	1.000
Espejón.....	1.000
La Gallega.....	1.000
La Hinojosa.....	1.000
Peñacoba.....	1.000
Cardejón.....	1.000
Bocigas.....	1.000
Zuzones.....	1.000
Tozalmoro y Omeñaca.....	1.000
Cueva de Roa.....	1.000
Torlengua.....	1.000

RURALES DE 1.^a CLASE.

La Muela.....	950
Nomparedes.....	950
Villanueva de Zamajón y Zamajón.....	950
Tardesillas.....	950

RURALES DE 2.^a CLASE.

Estepa de San Juan.....	900
Sinovas.....	900
Zárabes.....	900
Fuensauco.....	900
Almarail y Riotuerto.....	900
Martialay y Ontalvilla.....	900
Mazalvete.....	900
Derroñadas.....	825

La dotación de este último Curato, recientemente fundado, se satisface con los intereses que producen los títulos de la Deuda pública depositados á este efecto.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA PAPAЕ XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQUE
LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA
SEDE HABENTES

DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA

VENERABILIBVS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBVS
ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS PACEM ET
COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PAPA XIII

Venerabiles Fratres salutem et apostolicam benedictionem

(Continuación.)

Accedit quod huiusmodi Sacramento spes bonorum immortalium, fiducia auxiliorum divinorum, mirifice roboratur. Beatitatis enim studium, quod omnium animis insitum atque innatum est, terrestrium bonorum fallacia, iniusta flagitiosorum hominum vi, ceteris denique corporis animique molestiis magis magisque acuitur. Iam vero augustum Eucharistiae Sacramentum, beatitatis et gloriae causa idem et pignus est, idque non animo tantum sed etiam corpori. Quum enim animos caelestium bonorum copia locupletat, tum iis perfundit suavissimis gaudiis, quae quamlibet hominum aestimationem et spem longe superent; in adversis rebus sustentat, in virtutis certamine confirmat, in vitam custodit sempiternam, ad eamque tamquam instructo viatico perducit. Corpori autem caduco et fluxo Hostia illa divina futuram ingenerat resurrectionem; siquidem corpus immortale Christi semen inserit immortalitatis, quod aliquando erumpat. Utrumque istud et animo et corpori bonum inde

obventurum Ecclesia omni tempore docuit, Christo obsecuta affirmanti: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam; et ego resuscitabo eum in novissimo die* (1). — Cum re cohaeret magnique interest id considerare, ex Eucharistia, quippe quae a Christo instituta sit tamquam *passionis suae memoriale perenne* (2), christiano homini castigandi salutariter sui denunciari necessitatem. Iesus enim primis illis sacerdotibus suis: *Hoc facite, inquit, in meam commemorationem* (3), idest hoc facite ad commemorandos dolores, aegritudines, angores meos, meam in cruce mortem. Quapropter huiusmodi sacramentum idem et sacrificium assidua est in omne tempus poenitentiae, ac maximi cuiusque laboris adhortatio, itemque voluptatum, quas homines impudentissimi tantopere laudant et efferunt, gravis et severa improbatio: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (4).

Praeter haec, si in praesentium malorum causas diligenter inquiras, ea reperies inde fluxisse, quod hominum inter ipsos caritas, caritate adversus Deum frigescente, deferbuerit. Dei se esse filios atque in Iesu Christo fratres obliti sunt; nihil, nisi sua quisque, curant; aliena non modo negligunt, sed saepe oppugnant in eaque invadunt. Inde crebrae inter civium ordines turbae et contentiones: arrogantia, asperitas, fraudes in potentioribus; in tenuioribus miseriae, invidiae, secessiones. Quibus quidem malis frustra a providentia legum, a poenarum metu, a consiliis humanae prudentiae quaeritur sanatio. Illud est curandum enitendumque, quod plus semel Ipsi fusiusque commonuimus, ut civium ordines mutua

(2) Ioann. VI, 55.

(1) S. Thomas. Aquin. opus. LVII: *Offic. de fest. Corp. Christi.*

(3) Luc. XXII, 19

(4) Cor. XI, 26.

inter se concilientur officiorum coniunctione, quae a Deo profecta, opera edat germanum Iesu Christi spiritum et caritatem referentia. Hanc terris Christus intulit, hac omnia inflammari voluit, utpote quae una posset non modo animae sed etiam corporis beatitatis aliquid vel in praesens afferre: amorem enim immoderatum sui in homine compescit et divitiarum cohibet cupiditatem, quae *radix omnium malorum est* (1). Quamquam vero rectum est omnes iustitiae partes inter ordines civium convenienter tutari; praecipuo tamen caritatis praesidio et temperamento id demum assequi licebit ut in hominum societate salutaris ea quam Paulus suadebat, *fiat aequalitas* (2), facta conservetur. Hoc igitur Christus voluit, quum augustum hoc Sacramentum institueret, excitanda caritate in Deum, mutuam inter homines fovere caritatem. Haec enim ex illa, ut perspicuum est, suapte natura existit, et sua veluti sponte effunditur: neque vero fieri potest ut ulla ex parte desideretur quin immo incendatur et vigeat oportet, si Christi erga ipsos caritatem perpendant in hoc Sacramento; in quo, ut potentiam suam et sapientiam magnifice patefecit, sic *divitias divini sui erga homines amoris velut effudit* (3). Tam insigni ab exemplo Christi, omnia sua nobis largientis, sane quantum ipsi inter nos amare atque adiuvare debemus, fraterna necessitudine quotidie arctius devincti! Adde quod vel signa ipsa, quibus huiusmodi constat Sacramentum, peropportuna coniunctionis incitamenta sunt, Qua de re sanctus Cyprianus: «Denique unanimatem christianam firma sibi atque inseparabili caritate connexam etiam ipsa dominica sacrificia declarant. Nam «quando Dominus corpus suum panem vocat de «multorum granorum adunatione congestum, popu-

(1) I Tim. vi, 10.

(2) II Cor. viii, 14.

(3) Conc. Trid. sess. xiii, *De Euchar.* c. ii.

«lum nostrum quem portabat indicat adunatum: et
«quando sanguinem suum vinum appellat de botris
«atque acinis plurimis expressum atque in unum
«coactum, gregem item nostrum significat commix-
«tione adunatae multitudinis copulatum» (1). Simili-
«ter Angelicus Doctor ex Augustini sententia (2)
hae habet: «Dominus noster corpus et sanguinem
«suum in eis rebus commendavit, quae ad unum
«aliquid rediguntur ex multis; namque aliud, scilicet
«panis ex multis granis in unum constat, aliud, sci-
«licet vinum in unum ex multis acinis confluit; et
«ideo Augustinus alibi dicit: O Sacramentum pietatis,
«o signum unitatis, o vinculum caritatis (3) Quae»
omnia confirmantur Concilii Tridentini sententia,
Christum Eucharistiam Ecclesiae reliquisse «tanquam
»symbolum eius unitatis et caritatis, qua Christianos
«omnes inter se coniunctos et copulatos esse voluit...
«symbolum unius illius corporis, cuius ipse caput
«exsistit, cuique nos, tamquam membra, arctissima
«fidei, spei et caritatis connexionione adstrictos esse
«voluit» (4). Idque edixerat Paulus: «Quoniam unus
«paris, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno
«pane participamus» (5). Illud enimvero pulcherri-
mum ac periucundum est christianae fraternitatis
aequalitatisque socialis specimen, promiscue ad sacra
altaria circumfundi patritium et popularem, divitem
et pauperem, doctum et indoctum, eiusdem aequae
participes convivii caelestis.—Quod si merito in
Ecclesiae fastis hoc primordiis eius vertitur propriae
laudi quod *multitudinis credentium erat cor unum et
anima una* (6); sane eos tam eximium bonum debuis-

(1) Ep. 60, ad Magnum n. 5 (al. 6)

(2) Tract. xxvi, in Ioann n. 13, 17.

(3) *Summa theol.* III p. q. LXXXIX, a. I.

(4) Sess. XIII *De Euchar.* c. II.

(5) I. Cor. X, 17.

(6) Act. IV, 32.

se consuetudini mensae divinae, obscurum non est; de ipsis enim commemoratum legimus: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum et in communicatione fractionis panis* (1).—Mutua praeterea inter vivos caritatis gratia, cui a Sacramento eucharistico tantum accedit roboris et incrementi, Sacrificii praesertim virtute ad omnes permanat qui in sanctorum communione numerantur. Nihil est enim aliud Sanctorum communio, quod nemo ignorat, nisi mutua auxilii, expiationis, precum, beneficiorum communicatio inter fideles vel coelesti patria potitos vel igni piaculari addictos vel adhuc in terris peregrinantes, in unam coalescentes civitatem, cuius caput Christus, cuius forma caritas. Hoc autem fide est ratum, etsi soli Deo Sacrificium augustum offerri liceat, tamen etiam honori Sanctorum in coelis cum Deo regnantium, *qui illos coronavit*, celebrari posse ad eorum patrocinium nobis conciliandum atque etiam, ut ab Apostolis traditum, ad labes fratrum abolendas, qui iam in Domino mortui, nondum plane sint expiati.—Sincera igitur caritas quae, in salutem utilitatesque omnium, omnia facere et pati assuevit, prosilit nempe ardetque actiosa ex sanctissima Eucharistia, ubi Christus adest ipse vivus, ubi suo erga nos amoris vel maxime indulget divinaeque impulsus caritatis impetu suum perpetuo sacrificium instaurat. Ita facile apparet undenam hominum apostolicorum ardui labores, unde tam multae variaeque apud catholicos institutae benemerendi de humana familia rationes sua ducant auspicia, vires, constantiam, felicesque exitus.

Haec pauca quidem in re perampla minime dubitamus quin abunde frugifera christiano gregi accidant, si opera vestra, Venerabiles Fratres, sint opportune exposita et commendata. At vero tam magnum et virtute omni affluens Sacramentum ne-

(1) Act. II, 42.

mo satis unquam, proinde ac dignum est, nec eloquendo laudaverit, nec venerando coluerit. Ipsum sive pie mediteris, sive rite adores, sive eo magis, pure sancteque percipias, tamquam centrum existimandum est in quo christiana vita, quanta usquam, est, insistit; ceteri quicumque habentur, pietatis modi demum in id ipsum conducunt et desinunt. Atque ea Christi benigna invitatio benigniorque promissio: *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos* (1), in hoc praecipue mysterio evenit et quotidie impletur.—Ipsum denique est velut anima Ecclesiae, ad quod ipsa sacerdotalis gratiae amplitudo per varios ordinum gradus dirigitur. Indidemque haurit habetque Ecclesia omnem virtutem suam et gloriam, omnia divinorum charismatum ornamenta, bona omnia: quae propterea summam curarum in eo collocat ut fidelium animos ad intimam cum Christo coniunctionem per Sacramentum Corporis et Sanguinis eius instruat et adducat: ob eamque rem caeremoniis sanctissimis ipsum ornando facit venerabilium.—Perpetuam hoc etiam in genere providentiam Ecclesiae matris ea praeclarius commendat hortatio, quae in sacro Tridentino Concilio edita est, mirificam quamdam caritatem pietatemque redolens, plane digna quam populus christianus a Nobis accipiat ex integro revocatam: «Paterno affectu admonet Sancta Synodus, hortatur, «rogat et obsecrat per viscera misericordiae Dei «nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine «censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem «aliquando conveniant et concordent, memoresque «tantae maiestatis, et tam eximii amoris Iesu Christi Domini nostri qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et carnem suam nobis dedit «ad manducandum, haec sacra mysteria corporis et

(1) Matth. XI, 28.

«sanguinis eius ea fidei constantia et firmitate, ea
«animi devotione ac pietate et cultu credant et vene-
«rentur, ut panem illum supersubstantialem frequen-
«ter suscipere possint, et is vere eis sit animae vita
«et perpetua sanitas mentis; cuius vigore confortati,
«ex huius miserae peregrinationis itinere ad caeles-
«tem patriam pervenire valeant, eundem panem
«Angelorum quem modo sub sacris velaminibus
«edunt, absque ullo velamine manducaturi» (1) —
Porro testis historia est, christianae vitae cultum
vulgo floruisse melius, quibus temporibus esset
Eucharistiae perceptio frequentior. Contra non mi-
nus est exploratum consuevisse, ut quum caelestem
panem negligenter homines et veluti fastidirent,
sensim elanguesceret christianae professionis vigor.
Qui quidem ne prorsus aliquando deficeret, oppor-
tune cavit in Concilio Lateranensi Innocentius III,
quum gravissime praecepit. ut minimum per sollem-
nia Paschatis nemo christianus a communione Domi-
nici Corporis abstineret. Liquet vero praeceptum
huiusmodi aegre datum. ac postremi remedii loco:
semper enim id fuit Ecclesiae in votis, ut cuique sa-
cro adessent fideles de divina hac mensa participes.
«Optaret sacrosancta Synodus ut in singulis Missis
«fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed
«sacramentali etiam Eucharistiae perceptione com-
«municarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrifi-
«cii fructus uberius proveniret» (2).

(*Se continuará.*)

AGENDA IN COLLATIONE 11.^a DIE 4 SEPTEMBRIS ANNI 1902,
QUAESTIO MORALIS.

**An teneatur ad restitutionem qui pravo suo exemplo
ad damnificandum inducit. praevidens, imo intendens
alium ad hoc determinare? An qui alium impedivit a con-
secutione alicujus beneficii?**

(1) Sess. XIII, *de Euchar.* c. XIII.

(2) Conc. Trid. sess. 22 c. VI.

CASUS

Fabius furtum commisit coram Pio, qui ejusmodi exemplo impulsus, statim et ipse aliam pecuniae partem surripuit, licet secus nec de furto cogitaverit. In confessione autem Fabius a confessario damnatur ad restituendum etiam pro parte a Pio ablata, si hic non restitueret. Caeterum: subdole ac malitiose fingens non adesse notarium impedivit patrem suum ne testamentum conderet; in quo, prout jam semel et iterum ore tenus declaraverat, legatum quoddam alicujus ponderis in favorem Ecclesiae relinqueret. Quaeritur: An Fabius restituere debeat pecuniam tam a se quam a Pio furatam? Quid de Confessario? Et an in secundo casu Ecclesiae aliquid erogare teneatur vel quantum?

QUAESTIO LITURGICA.

Quo utendum Breviario in officii divini recitatione; quod officium cuique recitandum, et cujusnam Ecclesiae? Qui sub gravi ad officii recitationem cogantur?

AGENDA IN COLLATIONE 12.^a DIE 18 SEPTEMBRIS.

QUAESTIO MORALIS.

Cooperatio in damnum proximi quot modis fieri potest, et quinam dicantur ac sint cooperatores positivi- Participans quotuplex et quid unusquisque restituere debeat? Participans in actione damnosa quando a restitutione excusabitur?

CASUS

Filucius opulentissimi domini famulus, cum solus in domi custodia adesset, a latronibus subito invaditur, qui mortis metum injiciunt; nisi domini arcam pecuniariam ipsis ignotam patefaciat; quinimo eundem adigunt ad res furtivas cum ipsis asportandas, necnon ad scalam ferendam, qua e domo exire valeant atque in aliam vicinam domum ingredi et occultari possint. Annuit ille, licet reluctans, quo vitam incolumem servare valeat. Quaeritur: An famulus hic ad restitutionem teneatur in qualibet ex

predictis cooperationibus? An vel quando licita sit immediata cooperatio ad damnum proximi in materia justitiae et quae requiritur causa?

QUAESTIO LITURGICA.

Quinam teneantur et quo ritu ad officium patroni seu titularis Ecclesiae Cathedralis et Dioeceseos? Qui et quo ritu ad officium Dedicationis Cathedralis Ecclesiae.

SEMINARIO CONGILIAR DE OSMA.

Por mandado del Ilmo. y Rvmo. Prelado se hace saber: Que en orden á exámenes extraordinarios, á matrículas para el nuevo curso de 1902 á 1903, fechas de comienzo de curso para los latinos, de ingreso de internos y de ejercicios espirituales para todos, regirán los mismas reglas y condiciones publicadas en el número 16 del BOLETÍN correspondiente al 14 de Agosto del año 1899.—El Secretario de Estudios.—*Dr. Constancio Santaolalla.*

SÓCIO DEL CONGRESO DE COMPOSTELA.

Además de los sócios del Congreso católico de Compostela, cuyos nombres se publicaron en este BOLETÍN, se inscribió D. Agustín Zaloña, Arcipreste de Roa.

NECROLOGÍA.

El día 30 de Julio último, falleció en Grañon (Calahorra) á la edad de 83 años, fortalecido con los Santos Sacramentos y auxilios espirituales, el Párroco de Villaverde de Cidones D. Martín Martínez Ternero y Merino

En 11 del corriente falleció también á la edad de 72 años después de recibir los Santos Sacramentos D. Máximo Ibañez Martínez, Párroco de Mazalvete. Pertenece este último á la Hermandad Diocesana de sufragios del Clero.

R. I. P.